

Vd
3468





n. 648.

Vd
3468

IN NUPTIIS

AUGUSTI

ELECTORIS SAXONIÆ,

ET

AUGUSTÆ

PRINCIPIS PALATINÆ.



IN VIRTUTE

AUGUSTI

LECTORIS SAXONIAE

ET



PRINCIPIS PALATINAE





ELEGIA.

Stant aræ : geminas demittet ab æthere natas
Jupiter in terras Spemque, Fidemque pater.
Ite Deæ, manibus CLEMENS vos ipse supinis
Invocat, & vestro numine sacra facit,
Virtutis columen CLEMENS, quo haud justior alter,
Haud alter terris regnat amabilior.
Pontifici adsitis, Regum & bona ferte Nepoti,
Et DOMUI, totique omina Saxonix.
Ite, PALATINA AUGUSTO ad solemnia templa
Ducatur vestrâ flava puella manu,
Magnanimo ut ducta est ALBERTO candida Virgo
Pannonix, atque Istri gloria magna sui,
Cæsaribus fulgens atavis, & Cæsare nata
CHRISTINA, atque alti Cæsaris alma Soror,

Ipsa

Ipſa ſua divæ pulcherrima Matris imago

Ore nitens ſuavi, purpureisque genis.

Tale, Deæ, nunc **AUGUSTO** date, quale dediftis

Tunc Patruo, fauſto fidere, conjugium.

Alma Fides Cælo deſcende, alboque decoras

Cinge comas velo, & mutua vincla para.

Tu juvenum æterno conjungis fœdere dextras,

Præcipis inque una vivere mente duos,

Æternum per Te regnat concordia, per Te

Incolit æternum pectora dulcis amor.

Tu modo connubium firma, niteatque jugalis

Rite accenſa tuo tæda miniſterio.

Diva fave, duc læta jocos, luſusque pudicos,

Quos ſubeant ſomni munera languiduli.

Sit comes, & redimita roſis formoſa capillos

Spes gerat in niveâ ſpicea ſerta manu.

Spes bona pande fores ævi venientis, & ultro

Saxonix Heroas da numerare novos;

Pande fores claram oſtendens longo ordine prolem

Augentem Generis grandia facta ſui.

Facta viri augebunt fortes, vos ite puellæ,

Vos ad regales ducet Amor thalamos,

Reginas quum iterum cognato poſcet ab Albi

Dulcis Parthenope, Pauſilipique nemus;

Auri-

Aurifer & poscet Tagus, Herculeæque columnæ,
Et novus occiduas orbis ad Hesperidas;
Tuque iterum Genere e tanto mirabere nuptam,
Morum, & virtutum, Sequana, magne pater,
Et caput attolles, plaudet quum Gallica pubes
Reginæ curru prætereunte suæ.
Interea optatum terris pulcherrima rerum
Dresda suum late proferet imperium.
Salve Dresda, parens Regum Domus inclyta salve:
Pone tuis iterum jura Borystenidis,
Mollia jura diu miseris, discordia cives
Quum trahit, & nigras ventilat ante faces,
Ad tumulum *Augusti* queritur quum tristia fata
Libertas trepidis nixa genas manibus
Compellans caros cineres, umbrasque beatas:
Augusti Manes surgite, surge Pater.
Illam dira supersticio, & furor impius urget,
Et premit indigno candida colla pede,
Dum fera sustollit signum Bellona cruentum,
Pallentemque atrox Mars agit ante metum,
Et bellum immane, & lethum, rabiemque, famemque,
Matris ut in gremio filia cara suæ
Occidat, & juxta jaceant natique, parentesque
Obvia Riphæis membra inhumata lupis,
Nec nunc amnem atro tepefactum sæva cruore
Sistat hyems, aut nix contegat alta necem.

Ah

Ah redeas *Augusti* ætas, Tuque optima Virgo
Sarmatiæ sortem ne remorere diu;
Expectata veni, quid Te ingenuus pudor ultra
Tardat, floridulas afflat & igne genas?
Quidve adeo absentem **AUGUSTUS** suspirat amorem?
Et Tua quid juvenem picta tabella juvat?
Jamdudum ille oculos picturâ pascit inani,
Mutâ cum effigie conqueriturque moras.
Rumpe moras, **AUGUSTUM** amor urit, fervida longum
Et desiderium ferre juvena negat.
Flos juvenum, roseo ludit cui gratia vultu,
Aurea cui rutilat vertice cæsaries
Te vocat; ipsâ suo Te dulci ANTONIA nato
Oprat Saxonum amor, Vindelicûmque decus,
Docta peregrinas artes, atque altera Sappho
Docta Italâ carmen pangere dulce lyra.
O qualem, **AUGUSTA**, es soecrum sortita, virumque!
O quanta es conjux, quanta futura nurus!
Quæ Mater! quum cara dabis parvo oscula nato,
Ridebitque Patri de gremio ille tuo.
Virgo veni, niveoque sinu, roseisque labellis
Clara, bonique magis dotibus ingenii,
O Reges genitura; Tibi jam conscia amoris
Riserunt placidis Numina læta oculis,
Et

Et surgit, dixerunt, *Richeza* (*) altera terris,

Deque **PALATINA** est hæc quoque nata **DOMO**.

Regina adspiciens tunc Te sublimis Olympo

Nube, ait, & solium scande, puella, meum,

In mea Regna veni, sanguis meus, armaque condat

Connubio gaudens Sarmatis ora tuo,

I, decus innuptarum, Te Jovis utraque nata

Ducet ad **AUGUSTI** Spesque, Fidesque torum.

Sic ait, & Divum Pater annuit, & dedit altum

Illuxisse bonis æthera sideribus,

Et melius fulsisse dies, noctesque serenas,

Et Boream pennas continuïsse nigras,

Undique confluere ad Nicrum ut Germana Juventus

Possset, & effusa fervere lætitia

Mannhemium; & cantu, & choreis resonare theatra,

Atriaque, & Magni Regia cellâ Ducis,

Et **CAROLI** Genius spectacula mille pararet,

Vixque forum populo, sufficerentque viâ;

Hibernum teneros nec frigus læderet artus,

Quum foret aurata vecta puella traha.

(*) *Richeza è Domo Palatina fuit Regina Poloniae.*

70 3408 101

Et furtive, dicitur, Nictus (e) aliorum cordis,

Digne PALATINA, sine T...

Regni, adhibens sine T...

Pro, sic, & solum laudis, quibus memis,

In mea Regna vent, sanguis meus, armatae condar

Connubio gaudens Sarmatis ora tuo,

I, decus iniquitatum, Te Jovis arripue nam

Huc ad AUGUSTI spem, Libidine totum.

Sic ait, & Divum Patrem annuit, & debet aliam

Illuxit bonis caetera sideribus,

Et melius fulsisse dies, noctesque serenas,

Et horam penitus continuasse nigras,

Uadique confluere ad Nictum in Germani Juvencus

Pollet, & effusa fervet lactis

Monasterium; & cantu, & choris resonare theatris,

Antiqua, de Nicti Regis bella Dactis,

Et CAROLI Genuis operanda mille pariter,

Vixque forum populo, illustreque vie;

Hibernum teneros nec frigida lederet artus,

Quam foret avara vobis puella traha.

© Nictus à Domino Palatina sine Regione Poloniae.



H
R
M
I
S
E
U
M
L
H

VD 18

ULB Halle 3
007 490 704






n. 678.

Vd
3468



N NUPTIIS

G U S T I

ORIS SAXONIÆ,

ET

G U S T Æ

PIS PALATINÆ.

